

alii complures. Datum in iam dicto cenobio Reynhusen tercio nonas decembris, die consecracionis eiusdem; acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo, indictione duodecima.

40.

5 *Kaiser Heinrich V. bestätigt dem vom Grafen Ludwig gegründeten Kloster Reinhardtsbrunn dessen Privilegien, darunter die Wahl des genannten Grafen zum Klostervogt. Merseburg, 1113 Mai 25.*

Hdschr.: Fälschung, Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 15. Phot. H. St. A.

Gedr.: Naudé, Die Fälschung der ältesten Reinh. Urkunden 107. Stumpf 3096.

Anm.: Betreffs der Fälschung vergl. Naudé a. O. Die Urkunde hat viele Löcher, die ausgefüllt sind nach Cop. Reinh. R R I. 18 fol. 191.

(C.) : In nomine summae et individuae trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum imperator augustus: | Quoniam iustorum desideriorum piis petitionibus maxime his, quae ad cultum dei pertinent, assensum nos praebere convenit, omnibus tam praesentis quam futuri temporis fidelibus notum esse volumus, quod in regno nostro | regulare
15 quoddam monasterium situm est in confinio Loibae silvae Reginherisbrunno nuncupatum in honore sancte dei genitricis et virginis Mariae sanctique Iohannis euuangeliste constructum honorifice | a Ludovvico religioso comite. Quo petente eiusdemque monasterii venerabili abbate Erneste supplicante his imperialibus edictis statuendo sancimus, u[t]^a)
20 omni libertate et iusticia, qua supra dicta cella primitus instituta et initiata est, ad ser- viendum deo iugiter stabilis permaneat, scilicet ut per se subsistens alicuius terrenae personae vel potestatis dominio non subiaceat, libera ab omnibus sancte Romanae ascribatur aeclesiae, sanctorum Petri et Pauli habeat gubernationem nec non Romani pontificis defensionem Romae per quinquennium Lateranensi palatio, ad luminaria concinnanda decem solidos persolvat eo tenore, ut totius libertatis iure adaucta sub dispositione libera
25 abbatis fratribus deo sub [regula monas]tica^a) inibi servituris omnem ad utilitatem succrescat. Fratres caenobii illius, quo tutius et liberius domino deservire valeant, quando- cumque patre suo spiritali orbati fuerint, libera[m habeant]^a) potestatem inter se eligendi et constituendi abbatem. Praedictus comes Ludovvicus, sicut ab eisdem fratribus est electus advocatus, permaneat et post ipsum alius ex posteris eius, quem fratres communi consilio
30 providerint eligendum. Qui si illorum et monasterii commoda diligit, diligatur, si autem avarus et dissipator, liceat illum ex auctoritate sanctorum Petri et Pauli et nostra repro- bare. Nullo modo nisi abbate volente et advocante eum bona et loca monasterii suis frequentis temera[r]ii[s]^a) et sine causa adeat vel attingat nec praesumptuosus in eis pla- citum quodlibet vel per[nocta]ndi^a) licentiam habeat nec subadvocatum pro se faciat nec
35 omnino aliquam calumpniam, pervasionem monasterio aut familiae faciat. Quod si quispiam posteriorum suorum vel quarumcumque homo personarum unam vineam, unum mansum vel saltem unum mancipium sive tale aliquid a supra dicta cella temerarius iniuste abstulerit, nostra nostrorumque successorum regia auctoritate coactus tria auri talenta ad aerarium nostrum persolvat primitus reddito ecclesiae, quod invaserat. Si vero